UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

Venetijs, 27. Okt. 1501

Feria tertia. Statio ad sancta[m] anastasiam. Jntroitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

oues ab hedis. Et ſtatuet o/
ues qdē a dextris ſuis: hedos
autē a ſiniſtris. Tūc dicet rex
his qui a dextris eius erunt.
Uenite benedicti patris mei:
poſſidete paratū vobis regnū
a conſtitutione mundi. Eſu/
riui enī: ⁊ dediſtis mihi mā
ducare. Sitiui: ⁊ dediſtis mi
hi bibere. Hoſpes eraꝫ: ⁊ col
legiſtis me. Nudus eram: et
cooperuiſtis me. Infirmus: ⁊
viſitaſtis me. In carcere erā:
⁊ veniſtis ad me. Tūc reſpon
debunt ei iuſti dicentes: Dn̄e
quando te vidimus eſurientē
⁊ pauimus te: ſitientem ⁊ de/
dimus tibi potum? Quando
autē te vidimus hoſpitē ⁊ col
legimus te: aut nudū ⁊ coope
ruimus te? Aut quando te vi
dimus infirmū: aut in carcē:
⁊ venimus ad te? Et rn̄dens
rex dicet illis: Amen dico vo
bis: q̄zdiu feciſtis vni de his
fratribꝰ meis minimis: mihi
feciſtis. Tunc dicet ⁊ his qui
a ſiniſtris eius erūt: Diſcedi/
te a me maledicti in ignē eter
num: qui paratus eſt diabolo
⁊ angelis eius. Eſuriui enim
⁊ non dediſtis mihi mandu/
care. Sitiui: ⁊ nō dediſtis mi
hi potū. Hoſpes eram: ⁊ non
collegiſtis me. Nudus: ⁊ nō
cooperuiſtis me. Infirmus ⁊
in carcere: ⁊ non viſitaſtis me
Tunc reſpōdebūt ei ⁊ ipſi di/
centes: Domine quādo te vi/
dimus eſurientē: aut ſitientē:
aut hoſpitē: aut nudū: aut in/
firmū: vel in carcere: ⁊ nō mi
niſtrauimus tibi? Tūc reſpō/
debit illis dicens: Amē dico
vobis: q̄zdiu non feciſtis vni
de minoribus his: nec mihi
feciſtis. Et ibunt hi in ſuppli
cium eternū: iuſti aūt in vitaꝫ
eternam. Offer. Leuabo ocu/
los meos: ⁊ conſiderabo mira/
bilia tua dn̄e: vt doceas me iu/
ſticias tuas: da mihi intellectum
vt diſcam mandata tua. Secre.
Munera tibi dn̄e obla/
ta ſctifica: noſq̄z a pec/
catoꝝ noſtroꝝ maculis emun
da. Per. Coio. Amen dico vo/
bis: quod vni ex minimis meis
feciſtis mihi feciſtis: venite be/
nedicti patris mei: poſſidete pre
paratuꝫ vobis regnum ab initio
Salutaris Poſtcō. ſeculi
tui domine munere ſati
ati: ſupplices exoramus: vt
cuius letamur guſtu: renoue
mur effectu. Per dn̄m. Sup
Abſolue populū Orō.
q̄s dn̄e noſtroꝝ vincu/
la peccatoꝝ: ⁊ quicqd pro eis
meremur propitiatus auerte
Per. Feria tertia. Statio ad
ſanctā anaſtaſiam. Introitus

DOmine refugium fa
ctus es nobis a gene
ratione ⁊ progenie a
ſeculo ⁊ in ſeculū tu
es. ps. Priuſq̄ȝ montes fierent
aut formaret terra ⁊ orbis a ſclo
et vſq̄ȝ in ſeculuȝ tu es deus. ℣.
REſpice dn̄e Oro. Slia.
familiā tuā ⁊ preſta: vt
apud te mens nr̄a tuo deſide/
rio fulgeat: que ſe carnis ma
ceratione caſtigat. Per. Lcō
Ieſaie prophete .lv. cap.
IN dieb⁹ illis: Locutus
eſt eſaias ꝓpheta dicēs: Que
rite dn̄m duȝ inueniri poteſt:
inuocate eū dū ꝓpe eſt. Dere
linquat impius viam ſuaȝ: ⁊
vir iniquus cogitatiōes ſuaſ:
et reuertat ad dn̄m: ⁊ miſere
bitur eius: ⁊ ad deum noſtrū:
qm̄ multus eſt ad ignoſcēdū.
Non enim cogitationes mee
cogitationes veſtre: neq̄ȝ vie
mee vie vr̄e: dicit dn̄s. Quia
ſicut exaltātur celi a terra: ſic
exaltate ſūt vie mee a vijs ve
ſtris: ⁊ cogitatiōes mee a co/
gitationib⁹ veſtris: ⁊ quō de
ſcendit hymber ⁊ nix de celo
et illuc vltra nō reuertit: ſed
inebriat terrā: ⁊ infundit eaȝ:
et germinare eam facit: ⁊ dat
ſemē ſerēti: ⁊ panē comedēti:
ſic erit v̄bū meū qḋ egrediet
de ore meo. Non reuertet ad
me vacuū: ſed faciet quecūq̄ȝ
volui: et ꝓſperabit in his ad
que miſi illud. Ait dn̄s ops.
Grad. Dirigat orō mea ſicut in
cenſum in cōſpectu tuo domie.
℣ Eleuatio manuū mearum ſa/
crificiū veſptinum. Scdm̄ mat
IN illo tpe: theū .xxi. ca.
Cum intraſſet ieſus hie
roſolymā cōmota eſt vniuer/
ſa ciuitas dicēſ: Quis eſt hic?
Populi aūt dicebāt: Hic eſt
ieſus ꝓpheta a nazareth gali
lee. Et intrauit ieſus in tēplū
dei: ⁊ eijciebat oēs vēdētes et
emētes in tēplo: ⁊ mēſas nu/
mulariorū: ⁊ cathedras vēdē/
tiū colūbas euertit. Et dixit
eis: Scriptū eſt: domus mea
domus orationis vocabitur:
Vos autē feciſtis illā ſpelūcā
latronū. Et acceſſerūt ad eū
ceci ⁊ claudi in tēplo: ⁊ ſana/
uit eos. Videntes aūt princi/
pes ſacerdotū ⁊ ſcribe mira/
bilia q̄ fecit: ⁊ pueros clamā/
tes in tēplo ⁊ dicētes: Oſāna
filio dauid: indignati ſunt: et
dixerūt ei: Audis quid iſti di
cūt? Jeſuȝ aūt dixit eis: Vtiq̄ȝ
Nunq̄ȝ legiſtis: q: ex ore infā
tiū ⁊ lactentiū perfeciſti lau/
dem? Et relictis illis abijt fo
ras extra ciuitatē in bethaniā
Ibiq̄ȝ docebat eos de regno
dei. Offert. In te dn̄e ſperaui

dixi tu es deus meus: in manibꝰ
tuis tempora mea. Secreta.
OBlatis q̄s dn̄e placare
muneribus: ⁊ a cūctis
nos defende periculis. Per.
Cōio. Cum inuocarem te exau
diſti me deꝰ iuſtitie mee: in tribu
latione dilataſti me: miſerere mi
hi dn̄e ⁊ exaudi orationē meam.
PReſta q̄s ops̄ Poſtcō.
deus: vt illiꝰ ſalutaris
capiamꝰ effectū: cuiꝰ per hec
myſteria pignus accepimus.
Per. Sup pp̄lm orō.
AScendāt ad te dn̄e p̄
ces nr̄e: ⁊ ab eccleſia tua cun/
ctam repelle nequitiā. Per.
Feria quarta quattuor tēpoꝝ
Statio ad ſanctā mariā ma/
iorem. Introitus.
REminiſcere miſera/
tionū tuarum dn̄e: ⁊
miſericordie tue q̄ a
ſeculo ſūt: ne vnq̄ꝫ dominentur
nobis inimici noſtri: libera nos
deus iſrael ex omibus anguſtijs
nr̄is. Ps. Ad te dn̄e leuaui aniam
meam: deus meus in te confido
nō erubeſcā. ℣. Glĭa. Oremus
Flectamus genua. Leuate.
PReces nr̄as q̄s Orō.
dn̄e clemēter exaudi: et
cōtra cuncta nobis aduerſan
tia: dexterā tue maieſtatꝭ extē
de. P. Lcō libri exodi.
IN diebꝰ illis: xxiiij. ca.

Dixit dn̄s ad moyſen: Aſcen
de ad me in montē: ⁊ eſto ibi.
Daboq̄ꝫ tibi duas tabulas la
pideas: ⁊ legē ac mandata q̄
ſcripſi: vt doceas filios iſrael.
Surrexerūt autem moyſes ⁊
ioſue miniſter eius. aſcēdēſq̄ꝫ
moyſes in montē dei: ſeniori/
bus ait: Expectate hic donec
reuertamur ad vos. Habetis
aaron ⁊ hur vobiſcū: ſiqd na
tum fuerit queſtionis: refere/
tis ad eos. Cūq̄ꝫ aſcendiſſet
moyſes: operuit nubes mōtē
et habitauit gloria dn̄i ſup ſy
nai: tegens illū nube ſex die/
bus. Septimo autē die voca/
uit eū dn̄s đ medio caliginis
Erat autē ſpecies glorie dn̄i
quaſi ignis ardens ſuper ver
ticem montis: in conſpectu fi
lioꝝ iſrael. Ingreſſuſq̄ꝫ moy
ſes medium nebule: aſcendit
in montē: Et fuit ibi quadra/
ginta diebus ⁊ quadraginta
noctibus. Grad. Tribulatiōes
cordis mei dilatate ſunt: de ne/
ceſſitatibus meis eripe me dn̄e.
℣. Uide humilitatē meā ⁊ labo
rem meū et dimitte oīa peccata
mea. Hic dicit Dn̄s vobiſcū
ſine Flectamus genua. Orō
DEuotionem populi tui
q̄s dn̄e benignus intē/
de: vt qui per abſtinentiā ma
cerant in corpore: per fructū

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN